

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, mense decembris, prime indictionis, regnante domino nostro Frederico Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno regni eius in Germania primo et in Sicilia quinto decimo; feliciter amen; data Spire per manus Bertoldi de Niffe imperialis aule protonotarii
5 et vicedomini Tridentini.

171.

Graf Elger von Honstein bekennt, daß Günther von Rudolfsrode dem Zehnten zu Heimisvorden, über welchen, als ein Lehen vom Landgrafen zu Thüringen, er lange Zeit mit dem Grafen Sigfried zu Blankenburg gestritten, entsagt habe. [1212.]

10 *Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S. verloren.*
Anm.: Von neuerer Hand notirt auf das Pergament (1212).

Eilgerus dei gratia comes de Honstein ad noticiam tam presentis evi quam futuri cupimus devenire, | quod Guntherus de Ratoluerode burgensis noster cuiusdam ville, que dicitur Heimisvorden, decimationem | a domino lantgravio Thuringie pheodali iure se
15 debere tenere cum comite Sifrido de Blankinbure | multo tempore contendebat. Postmodum considerans ius suum in hoc pheodo posse confirmari ad instanciam nostre commonicionis et fidelium nostrorum eidem decimationi coram multis abrenunciavit in die assumptionis beate Marie data fide certissime compromittens, quod ante festum exaltationis sancte crucis tunc proximum filius suus Bertoldus de Spatinbere de mandato suo
20 dicte decime abrenunciaret comitem Sifridum in ea de cetero nunquam gravaturus. Cupientes igitur, ut hec inposterum rata permaneant, sigillo nostro signari et testes, qui huic facto intererant, fecimus subnotari: filii nostri Ditericus et Heinrichus, Burcardus de Aschozerode. Ditericus de Wilrode. Otto de Roslan. Hermannus de Kuningerode. Bertoldus de Wesungin. De Wolferode fratres Heinrichus et Ditericus. Wernherus de
25 Saswerfin et alii quam plures.

(SD.)

172.

*König Friedrich II. bestätigt denen von Cremona alle Privilegien, die sie von seinem Großvater und seinem Vater erlangt, und das Versprechen, das er ihnen selbst zu Mantua gegeben, und ver-
30 heißt ihren Abgesandten, alle diese Freiheiten, Verleihungen und Rechte aufrecht halten und vertheidigen zu wollen. — Zeuge: Landgraf Hermann.* Regensburg, 1213 Febr. 15.

Gedr.: Böhmer, Acta imperii 2,772 (nach Abschr. Cereda's aus dem Archive zu Cremona A. 94). Böhmer-Ficker 689.

— — Nomina quoque testium principum scilicet et aliorum nobilium et honestorum virorum, qui huic nostre confirmationi interfuerunt, subter annotari fecimus: Sige-
35 fridus Maguntinus archiepiscopus. Otto Frisingensis episcopus. Conradus Ratisponensis episcopus. Fridericus Tridentinus episcopus. Artuicus Estedensis episcopus. Ermannus